

# The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

## Miseria k cum uariis

Homo natus de muliere breui uiuens tempore et cetera. In sordibus generamur, in tenebris confouemur, in doloribus parturimur. Ante exitum miseras oneramus matres, in exitu more uipereo laceramus; mirum quod non ipsi laceramur. Primam uocem ploramus, edimus, merito quidem ut pote uallem plorationis ingressi ut nobis illud sancti Iob ex omni parte possit aptari. Multis repletur miseriis; multis et multiplicibus, inquam, miseriis corporis, miseriis cordis, miseriis dum dormit, miseriis dum uigilat, miseriis quaquauersum se uertat.

Bernardus in sermone.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Miseria k] Miseria l P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; parturimur] percutimur M; uipereo] uiperio B C; mirum...laceramur *om.* M; non ipsi] ipsi non P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; ploramus] ploratus P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; possit] possi P; et] ex P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup>; quaquauersum] quaquamuersum B, quaquam C, quocumque P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; uertat] uertit P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>